



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii  
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

**Geismar, Justus Moritz von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

Ad tit. XXX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62259)

cùm Chor-Episcopi tantùm ordinati fuerint ad Ecclesiam ordinario subiectam, quod quemadmodum de jure fieri non debet, quoniam in eadem Civitate plures Episcopos jurisdictionem habentes esse non convenit, ita & Chor-Episcopi cassati & amplius in usu non sunt. *Layman, lib. 5. Tract. 9. cap. 9. num. 2.*

## A D T I T. XXIX.

**A**D Num. 21. *adde*: Ubi observatur, quòd Delegatus debeat citato inferre verba commissionis delegatæ, originale autem comparanti ostendere. *Myns. 3. obs. 1.*

*Ad Num. 38. post verba L. 1. §. si fu-  
de x ff. de judic. adde*: Sic prorogari quidem potest de tempore ad tempus, non etiam de persona in personam. *Thom. Trivis. 1. decis. 49.*

## A D T I T. XXX.

**A**D Num. 6. *in fin. adde*: Ubi incidenter nota, quòd Nuncius Apostolicus debeat servare Ferias, vel Curia Romanæ vel Civitatis in qua jus dicit. *Trivis. 1. decis. 31.*

## A D T I T. XXXI.

**P**ost verba de offic. legat. in 6. *adde*: Sic etiam non possunt agnoscere causas civiles Regularium contra ipsos motas, vel quovis modo definire. *Trivis. 1. decis. 33.*

## A D T I T. XXXII.

**A**D Num. 4. *in fin. adde*: Ubi inci-

denter nota, quòd publici Doctores Magistratibus civilibus præponendi sint. *Vernul. Instit. polit. lib. 3. tit. 11. §. 7.*

## A D T I T. XXXVIII.

**A**D finem Tituli post hæc verba L. 6. *hoc tit. adde*: Advocatus quidem potest in causis civilibus causam minus probabilem suscipere, dummodo cliens de majori probabilitate admonetur, non tamen licet in causa criminali dubia tueri partes Actoris sive Acusatoris, qui in tali casu graviter peccat contra reum, idem si agatur contra possessionem qui injustè vexatur, cùm in dubio judicetur pro eo. *Busenb. lib. 4. cap. 3. dub. 3.* In causa tamen criminali potest reum etiam fontem defendere, quia reus non tenetur ad pœnam nisi convictus, ergò potest illa per se, vel per alium avertere, donec convincatur. *Busenb. d. l.*

Item tenetur pauperibus in gravi necessitate gratis patrocinari sine notabili tamen suo incommodo.

Advocans scienter in causa injusta, tenetur parti contra quam patrocinium præstitit ex peccato commissionis, damna resarcire, parti autem cui inser-vivit, ex peccato omissionis. *Ita Busenbaum dicitis locis.*

## A D T I T. XXXXI.

*De Restitution.*

**A**D Num. 6. post hæc verba: *l. quod omnes de R. 7. in 6. adde*: Præviâ causæ cognitione, in qua primò versatur, nam res minima sit, propter quam restitutio postulatur, neque enim ob mini-